Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda Aurea - Cod. Aug. perg. 256

Jacobus <de Voragine>

[S.l.], [14. Jahrh.]

De sancto Dyonisio

urn:nbn:de:bsz:31-66161

Visual Library

fuit. ꝗ timor pene future. q̄ ipsam a
malo retraxit. ꝗ pudor culpe ꝯmisse
q̄ ei ueniā p̄meruit. ꝗ amor iusticie q̄
eā ad sup̄na sustulerat. Cumq; paulus
illis diceret. g̃m illā tantā nō ē an
tonii s; thaisis meretricis. Quod cum ma
ne abbas paulus retulisset. cognita
dei uoluntate abbas pannucius cū
gaudio discessit. & mox p̄ recto ad
monasteriū. hostiū celle dissipauit. Il
la uō rogauit ut adhuc maneret in
clusa. Dixit aū ei egredere. q̄m remisit
t̄ ds pctā tua. Et illa respondit. Testor
dm̄ q; ex q̄ huc ingressa sum ex omnibus
pctīs meis feci uelud sarcinā. & statui
aū oclos meos. & sic n̄ discessit a(n)he
litu narib; meis. Sic uē discesserūt
pctā mea ab oclis meis. & flebam
sp̄ illa ꝯsiderans. Cui abbas p̄. dixit.
Nō p̄p̄ pniam remisit t̄ pctā tua. s;
q̄ hunc timorē sp̄ huisti in aīo. Et aū
in illā eduxisset. xv. dies sup̄uixit &
pausauit in pace. Abbas aūt effrem a
liā meretricē simili fere modo ꝯūte
uolut. Illā cū meretrix effrem scm̄ ad
peccandū alliceret. dixit ei effrem seq
re me. Qua sequēte cū ad q̄ndā locū ū
enit magna multitudo hominū uenit
s; dixit ei. Sede hic ut ꝯmisceat' tecū.
Et illa q̄m possū h; facere tāta multitu
dine stante. Et ille. Si hoīes erubes
cis. nōne magis tuū debes creato
rē. q̄ reuelat occulta tenebrar. Illa
aūt ꝯfusa recessit.

De scō Dyonisio

Dyonisius interp̄tat' uehement' fugiens.
ꝗ uel dicitur dionisius a dyos
q̄ ē duo. & sisus q̄ ē eleuatio. q. sim
duo eleuatus. i. scdm aīam & corp̄.
ꝗ ul' dicit' a dyane q̄ ē uenus. i.
dea pulcritudinis. & syos q̄ ē ds.
q. pulcher ds. ꝗ uel ut quidā dicunt
dr a dyonisia q̄ ut dic̄ ysidorus
ē q̄dā gemma nigra ualens ꝯ ebrie
tatē. ꝗ fuit g̃ uehement' fugiens
de mūdo. p̄p̄ p̄fectā abrenūtiationē.
ꝗ eleuatus p̄ interiorū ꝯteplationē. ꝗ
pulcher ds p̄ decorē uirtutū. ꝗ ualens
p̄ peccatoribus ꝯtra ebrietatē uicioꝝ.
ꝗ Hic aūt ꝯuersionē multa noīa ha
buit. uocatus ē eni ariopagita a
uico in q̄ habitabat. ꝗ Dc̄s ē theosoph.
i. ds sapiēs. ꝗ dc̄s agnorū sapientibz.
usq; adhodie dicit' pirigori araimi.
q̄ latine dr ala celi. Quia in celū a
la spūalis intelligentie mirabilit'
uolat. ꝗ dc̄s ē machatius. i. btūs
ꝗ dc̄s apata dcs ionicus. Ionica aūt
ut ait papias una ē ex linguis
grecorū. ꝗ uel ionice ē genus columpne.
ꝗ uel ionicus ut idē dic̄ ē pes q̄ hēt
duas correptas & duas longas. ꝗ
p̄ q̄d ostendit' q̄ ipse fuit sapiens
ds. p̄ occultorū inuestigationē. q̄ ala
celi p̄ celestiū ꝯtemplationē. ꝗ
beatus p̄ eternorū possessionē. q̄ p̄ alia
ostenditur q̄d ipse fuit mirabilis
rethor p̄ eloquentiā. ꝗ erect' sustentator
p̄ doctrinā. ꝗ breuis s̄ p̄ humilitatē.
ꝗ longus aūt p̄ caritatē. ꝗ Augu
stinus aūt in libro. de ciuitate. dicit q̄
ionicū ē genus phorū. distinguit
. n. ibidē duo genera phorum. s. ytalicū
q̄ ē ex parte ytalye & ionicū q̄ ē ex
parte grecie. q̄ g̃ dyonisius summus erat phs
ideo antonomasice dicebat' ionicus.
Eius passionē & uitā grece dictauit
methodius ꝯstantino politanus. la
tine uō anastasius apostolice sedis bi
bliothecarius ut dic̄ ichenus remor
epc. De [illegible]

Dyonisius ariopagita a beato
paulo ad fidem Christi conversus
fuit. qui ariopagita dictus a civita-
tis vico in quo habitabat dictus fuisse. Ar-
riopagus autem erat vicus martis in quo
scilicet erat templum eius. athenienses enim sin-
gulos vicos denominabant a diis quos co-
lebant. ut vicum in quo colebant martem vo-
cabant ariopagum quia arios dicitur mars. vi-
cum in quo colebant pan. vocabant panopa-
gum. et ita a singulis diis singulos vi-
cos denominabant. Ariopagus autem erat
vicus excellentior. quia ibi erat curia
nobilium et scole liberalium artium. In
hoc quoque vico morabatur. Dyonisius maximus
philosophus. qui ob plenitudinem divinorum no-
minum et sapientie theosophus. id est divinus sa-
piens dicebatur. erat et secum appollo-
phanus conphilosophus. Ibi etiam erant epicurei
qui ponebant felicitatem hominis in
sola corporis voluptate. et stoici qui
in sola animi virtute. In die autem dominice pas-
sionis cum tenebre facte fuissent super
universam terram. philosophi qui athenis erant
non poterant hoc causis naturali-
bus invenire. non enim fuit naturalis eclipsis
solis. tum quia luna tunc erat e regione
ad solem. Eclipsis non fieri solet nisi in
synodo solis et lune. luna autem tunc
erat XV. et in perfecta distantia
a sole. tum quia eclypsis non aufert lu-
men universis partibus terrarum. nec per tres
horas durare non potest. Quod autem illa eclyp-
sis universis partibus terre lumen abstu-
lerit. patet ex eo quod lucas evangelista hoc dicit. et
ex eo quod universitatis deus patiebatur.
et ex eo quod fuit apud elyopolim egyp-
ti. et ex eo quod fuit rome. et in grecia et
in asia minori. Quod autem fuit rome te-
statur orosius dicens. Cum dominus patibulo
affixus esset maximo terremotu per orbem
facto. saxa in montibus scissa. maximamque partem
quoque urbium plurimarum per plus solita
concussione cecidisse. Eodemque die ab
hora diei VI. sol totus obscuratus
est. nox subito obducta tenebris est. adeo
ut stellas tunc diurnis horis. immo potius
in illa horrenda nocte tota celo vi-
sas fuisse referatur. Hoc orosius. Fuit
et apud egyptum. et huius meminit dy-
onisius ad apolofanum in epistola dicens.
Obfusi itaque orbes universaliter te-
nebrarum caligine tabescente universo pur-
gatum reddite solis dyametrum regulari phi-
losophie assumpsimus. Cumque repperimus quod
et erat notissimum solem pati molesti-
as non debere. aio ad te pie valde sa-
crum. Adhuc nescimus tante rei mi-
sterium. Quid mihi speculum doctrine pol-
lophani his secretis asscribis. ac
quod tu mihi ore divino non humani sermo-
nis. O bone dyonisi divinarum pertur-
bationes sunt rerum. Denique vocatum ferie
diem et annum annuntiatum quem pau-
lus nostris auribus et suspensis inconvenit
signis acclamantibus recordari. ex
parte dedi veritatis manum et falsitatis
sum nexibus absolutus. Hoc dyonisius.
Hoc etiam meminit idem in epistola ad policar-
pum loquens de se et apollophano et
dicens. Ambo apud eliopolim tunc presentes
et consistentes inopinabiliter so-
li lunam incidere videbamus. non enim
erat conventionis tempus. Et rursus ipsam a
nona hora usque ad vesperam ad so-
lis dyametrum supernaturaliter restitu-
tam. Eclipsim autem ab oriente vidi-
mus inchoatam et usque ad solarem ter-
minum venientem. postea regredientem
et rursus non ex eodem et defectum et repurga-

nature sed ecl(ipsis) fuit per dyametrum contrarium. h(ec)
dyo(nisius). Tunc enim dyo(nisius) cum appollophano uo-
cato astrologice disciplyne apud helio-
polim egipti p(er)erat. et p(er) [illegible]
est. Quod autem fuit in asia testatur eu-
sebius in cronica sua asserens se in quibusdam
ethnicorum legisse. Quod terre in bithi-
nia que est provincia asye minoris fuit
terremotus magnus et maior solis obscu-
ratio quam umquam fuit. et quod dies hora
sexta in tenebrosam noctem versus sit.
ut stelle in celo vise sint. ¶ Et quod in
nicea que urbis est bithinie multas edes
terremotus subruit. Tandem ut in hystoria
scolastica legitur philosophi adhuc adducti sunt ut
dicerent quod deus nature patitur. alibi tamen
legitur quod dixerit aut ordo nature perverti-
tur aut elementa mutantur. aut deus nature pa-
titur et sibi compatiuntur. alibi vero dicitur quod dyo(nisius)
dixit. hec nox quam novam miramur totius
mundi veram lucem adventuram significat.
¶ Tunc athenienses illi deo aram con-
struxerunt et superposuerunt titulus ignoto
deo. Singulis enim aris superponebant
titulus. indicans cui erant dedicate.
Et cum vellent illi offerre holocausta
et victimas. dixerunt philosophi. bonorum nostrorum
non eget. sed facietis genu flectationem
ante aram eius et supplicabitis ei. quia non
querit oblationes pecorum sed devotionem
animorum. Cum igitur paulus venisset athe-
nas epicurei et stoyci philosophi cum eo dis-
ceptabant. Quidam autem dicebant. Quid
vult seminator verborum hic dicere. alii di-
cebant. novorum demoniorum videtur an-
nuntiator esse. Adducentes igitur eum ad
vicum philosophorum ut nova doctrina ibi
de examine reciperet. dixerunt. nova
quedam infers auribus nostris. volumus
igitur scire quid nam velint hec esse. Athe-
nienses autem ad nichil aliud vacabant nisi aut
dicere aut audire aliquid novi. Cum ergo
paulus singula deorum altaria perlu-
strasset. et inter cetera vidisset altare ignoti dei.
dixit illis philosophis. Quem ignorantes co-
litis hunc ego annuntio vobis verum
deum. Qui fecit celum et terram. Deinde dixit dyo(nisio) quem
ceteris magis doctum in divinis esse videbat.
Quis est dyonisi ille deus ignotus. Cui
dyo(nisius). ipse est deus verus qui inter deos non est demon-
stratus. sed nobis est ignotus et seculo ven-
turo futurus et in perpetuum regnaturus.
Et paulus. homo an tantum spiritus est. Et dyo(nisius). deus et
homo est. sed ideo incognitus est quia eius tantum in celis
conversatio est. Cui paulus. Ille ipse est quem
predico qui de celis descendit carnem sus-
cepit. mortem sustinuit et die tertia re-
surrexit. Cum autem dyo(nisius) adhuc cum paulo
disputaret forte transiit cecus per viam
coram eis. Statimque dixit dyo(nisius) paulo si
dixeris huic ceco. in nomine dei tui vide
et viderit. statim credam. Sed verbis
magicis non uteris quia forte nosti verba que habent
hanc efficaciam. Ego formam verborum prescri-
bam. In hac igitur verborum forma dices ei.
In nomine ihesu christi nati de virgine crucifixi
mortui qui resurrexit ad celum ascen-
dit. vide. Sed ut omnis suspicio tollatur.
paulus precepit dyo(nisio) ut hic ipse verba pro-
ferret. Cum igitur in eadem forma dyo(nisius) ceco
ut videret dixisset protinus visum rece-
pit. Statim dyo(nisius) cum damari uxore
sua et tota familia baptizatus est et fi-
delis effectus. Sicque a paulo per trien-
nium instructus est atheniensis episcopus ordina-
tus. Ubi predicationi insistens ipsam
civitatem et maximam partem regionis
illius ad fidem christi convertit. Hunc pau-
lus ea que in tertium celum raptus vidit
revelasse dicitur. sicut et ipse dyo(nisius) in ...

re videtur. vii. et de ierarchiis ipsorum
angelorum ordinibus dispositionibus et of
ficiis eorum luculenter et clare disseruit.
ut non putares ipsum hoc ab aliquo didicis
se. sed ipsum potius et usque in tertium celum
raptum esse et ibi omnia conspexisse. ¶ Prophetie
spiritu claruit. sicut patet in epistola quam misit
ad Iohannem evangelistam in pathmos insulam
exilio relegatum in qua prophetavit quod
rediturus esset sic dicens. Gaude vere
dilecte vere amabilis et diligibilis val
de dilectis quoniam ex custodia que est in pa
thmos dimitteris et ad terram asie rever
teris et facies ibi boni dei imitationes et
hiis qui erunt post te tradere. ¶ Virginis transitui
beate marie interfuit. sicut in libro de divi
nis nominibus insinuare videtur.
Cum autem audisset petrum et paulum Ro
me a nerone in carceribus teneri. episcopum sub se con
stituit et ad eos visitandos acces
sit. Qui cum illi feliciter ad dominum mi
grassent et post modum post aliquod temporis spa
tium clemens presideret ab ipso beato cle
mente post aliquod spacium temporis in franciam
destinatur cum suis. Parisius igitur venit et
multos ibidem ad fidem convertit et ecclesias
plurimas fabricavit et clericos diversi or
dinis collocavit. Tanta autem in eo celi
tus gratia enituit quod cum sepius pontifices
ydolorum contra eum seditionem populi concitarent
et populus ad eum perdendum sepe cum armis con
curreret. mox illo viso aut omni feritate
deposita se eius pedibus provolvebat.
aut nimio timore solutus ab eius presen
tia fugiebant. Sed dyabolus videns et in
videns quod cottidie suum cultum decre
scere et multiplicatis fidelibus ecclesiam
triumpharet. imperatorem Domici
anum in tantam commovit sevitiam ut
preceptum daret quod quicumque christianum ali
quem reperiret. aut ipsum sacrificare co
geret. aut diversis suppliciis cruciaret. Pre
fectus igitur fescenninus contra christianos parisius a ro
ma directus. beatum dyonisium predicantem
invenit. statim eum colaphizatum consputum
tum derisum et loris durissimis alliga
tum cum sanctis rustico et eleutherio suo presentari
precepit. Cum igitur sancti coram illo in confessione
domini constanter astarent. Larcia quedam matro
na nobilis advenit. et virum suum ab illis
non turpiter abusis magicis deceptum as
seruit. pro quo ille statim mittitur et in
domini confessione perseverans iniuste necatur.
Sancti vero ab xi militibus flagellantur.
Deinde magno pondere cathenarum con
stricti carceri mancipantur. Sequenti die
dyonisius super cratem ferream suppositis flammis
nudus extenditur. Ubi dyonisius decantabat di
cens. Ignitum eloquium tuum et servus tuus dilexit illud.
Inde autem erigitur et ad bestias ferocissimas
multo ieiunio excitatas proiicitur. Sed cum
in eum impetuose currerent. signum
crucis opposuit et mansuetissimas eas
fecit. Deinde in clibanum iactatur sed ex
tincto igne nil lesus est. Cruci affigitur
et diu cruciatus in ea tormentis (?). Inde depositus cum
suis et multis aliis fidelibus carceri
mancipatur. Ubi dum missam celebraret et populum
communicaret. dominus ei cum immenso
lumine apparuit et panem accipiens ait.
Accipe hoc care mi. quoniam mecum est maxima
merces tua. Post hoc iudici presentatus
iterum novis suppliciis mancipatur et ante
ydolum mercurii cum sociis tribus capi
ta in confessione trinitatis plectuntur.
Confestim corpus sancti dyonisii se erexit et caput
suum inter brachia angelo duce et ce
lesti lumine precedente per duo miliaria
deportavit a loco qui dicitur mons martyrum
usque ad locum ubi nunc sua electione et dei

pudentia

Et cum beatus transiret ortum olerum, vidit eum mulier de orto, que madebat illa die dominica olera, et perterrita timuit eum valde. Quam respiciens dixit beatus Dyonisius: Non timeas quod vides in me. Ego vado, ego loquor, et caput meum porto. Magis mireris in te ipsa, que operaris iam contra preceptum dei tui; et quod hoc iam hic non punit incontinenti, iure maius miraculum est, quam ego tantum ad impleo voluntatem dei mei.

presidentia resecetur. Tanta autem ibidem angelorum melodia insonuit ut multos qui audierant credere fecit, et Larcia uxor prefati Lubii christianam se esse clamavit, et mox ab impiis decollata et in suo sanguine baptizata occubuit. Filius autem eius nomine Visbius, qui Rome sub tribus imperatoribus militavit, demum Parisius rediens baptizatur et religiosorum numero sociatur. Verum autem infideles metuentes ne sanctorum corpora a christianis et electis eorum sepelirentur, iusserunt ut in Secana mergerentur. — Matrona autem quedam nobilis invitatos ad prandium invitavit, et illis epulantibus sanctorum corpora subripuit et in agro suo occulte sepeliri fecit. Que post ea persecutione cessante ecclesiam ibi Dyonisio honorifice sociavit. Passi sunt anno domini XC VI sub Domiciano. Creditur beatus Dyonisius XC annos habuisse. Anno domini DCCC XXII tempore Ludowici legati Michaelis imperatoris Constantinopolitani inter cetera munera detulerunt Ludowico filio Karoli Magni libros Dyonisii de Ierarchia de Greco in Latinum translatos, qui cum gaudio sunt recepti, et XIX infirmi in ipsa nocte in ecclesia eius curati. Cum apud Arelatum sanctus Regulus episcopus missarum sollempnia celebraret et apostolorum nominibus in canone recitatis adiunxit: et beatis martiribus tuis Dyonisio Rustico et Eleutherio; quod dicto cum adhuc tres famulos vivere crederet, plurimum mirari cepit cur eorum nomina se velle in canone protulisset. Et ecce eadem nominatis columbe apparuerunt super cornu altaris residentes, quarum in pectoribus eorum nomina legebantur suis pectoribus sanguine insignita. Quas diligenter intuens sanctos a corpore migrasse intellexit. Circa annum domini DC XLIIII Dagobertus rex Francorum, ut in quadam cronica legitur, qui longe ante Pipinum regnavit, a sua pueritia sanctum Dyonisium in magna veneratione

habere cepit. Nam et quando iram patris sui metuebat, ad ecclesiam sancti Dyonisii continuo fugiebat. Cum vero rex mortuus fuisset, cuidam sancto viro in visione monstratum est quod anima eius ad iudicium rapta fuit, et multi sancti suarum ecclesiarum expoliatorem obiciebant eidem. Cumque mali angeli illum ad penas rapere vellent, affuit beatus Dyonisius, et eius interventu liberatus est et penam evasit. Forte est quod anima ad corpus rediit et penitentiam egit. Clodoveus rex corpus sancti Dyonisii minus religiose discooperiens os brachii eius confregit et cupidus rapuit, et mox in amentiam versus est. Et notandum quod Ignatius episcopus Remensis dicit in epistola quam misit ad Karolum, quod idem Dyonisius missus in Galliam fuit Dyonisius Ariopagita, ut supra dictum est. Idem testatur Iohannes Scotus in epistola ad Karolum. Nec fortis obviat computatio temporis, ut quidam dicere aliquid obicere voluerunt.

De sancto Kalixto papa.

Calixtus papa anno domini CC XXII sub Alexandro imperatore martirium passus est. Cuius temporibus pars civitatis urbis Rome divino igne concremata, et sinistra manus Iovis aurea liquefacta. Tunc omnes sacerdotes ad Alexandrum imperatorem venerunt petentes ut diis irati sacrificiis placarentur. Cum ergo offerrent sub uno celo sereno manus die Iovis, divino fulmine IIII sacerdotes ydolorum mortui sunt, et ara Iovis concremata est, et sol obscuratus, ita ut populus romanus fugeret extra muros. Audiens autem Palmacius consul quod Calixtus cum suis clericis trans Tyberim lateret, rogavit ut christianos persequi liceret qui malum agerent, ad purgationem civitatis penitus delerentur. Palmatius itaque potestate accepta cum illuc cum militibus perrexisset, subito omnes percussi cecati fuissent. Tunc Alexandro hoc preciperi